ISIDORUS HISPALENSIS ET VARIA
10. bis 11. Jh. Seite 160r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=933
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ut mulorum inde nouam contra naturam animalia nascerentur. Onagros quoque ob hoc admis
sos esse ad asinas et ipsum istius modi reperisse circa cubitum ut uelocissimi ex his asini nas
cerentur. Industria quippe humana diuersum animal in cogitu coegit. sicque ad ultima com
mixcione genus aliud reperit. sic et iacob contra naturam colorum similitudines procurauit.
nam tales foetus oues illius concipiebant. Denique et hoc ipsum in equarum gregibus fieri
fertur ut generosos obiciant equos usibus concipientium. quo eorum similes concipere et creare
possent. nam et columbarum dilectores depictas ponunt pulcherrimas columbas his
dem locis quibus ille uersantur. quo rapiente uisu similes generent. Inde est quidam gratia
mulieres uiuent. nullos turpissimos animalium uultus ut cenocephalos et similes eis
ne uisibus occurrentes similes foetus pariant. Hanc enim feminarum esse naturam ut quales
perspexerint siue mente conceperint in extremo uoluptatis estu dum concipiunt. talem et
sobolem procreent. Et enim animal in usu uenerio formas extrinsecus intus transmittat.
eorumque saciata tipis. rapit species eorum in propriam qualitatem. In animantibus bigenera
dicuntur. que ex diuersis nascuntur ut mulus ex equa et asino. burdo. ex equo et asina. bi
bride. ex apris. et porcis. titurus. ex oue et hirco. musmo. ex capra et ariete. est autem
Ydux gregis.

vi. Bestiarum uocabulum propriae conue DE BESTIIS.
nit leonibus. pardis. tigribus. lupis et uulpibus. canibusque et similis ac ceteris que
ore uel unguibus seuiunt exceptis serpentibus. Bestie autem dicte aui que seuiunt.
fere appellate. quod naturale utantur libertate. et desiderio suo ferantur. Sunt enim libe
re earum uoluptates. et huc atque illuc uagantur. et quo animus duxerit eo feruntur.
Leonis uocabulum a greca origine inflexum est in latinum grece enim leon uocatur. et est nomen
notum quia ex parte corruptum. Leena uero totum grecum est sicut et dracena. Ut autem leena
leena lea dicatur usurpatum est a poetis. Leo autem grece latine rex interpretatur eo quod princeps
ceps sit omnium bestiarum. Cuius genus trifarium dicitur. equibus breues et uiua crispa
in belles sunt. longi et coma simplici acres animos eorum frons et cauda indicat.
Virtus eorum in pectore. firmitas in capite. Septi autem a uenatoribus terram contuentur quo
minus conspectis uenalibus terreantur. rotarum timent strepitus. sed ignes magis. Cum
dormierint uigilant oculi. cum ambulant cauda sua cooperiunt uestigia sua
ne eos uenator inueniat. Cum genuerint catulum tribus diebus et tribus noctibus
catulus dormire fertur. tunc deinde patris fremitu uel rugitu ueluti tremefactus
cubilis locus. suscitare dicitur catulum dormientem circa hominem leonum natura est
h quales umbras arietum desuper ascendentium in aquarum speculo contemplabantur.